

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majori...

CCVII.

Interdicitur Clericis Regularibus Congregationis Scholarum...

Dat. 3. Oct. 1727. Ann. 4.

De Privilegiis hujus Congregationis vid. Inn. XI. Const. ed. 1686. Sept. 3. P. 10. & Alex. VIII. Const. ed. 1691. Jan. 23. P. 2.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Exponi Nobis nuper fecit Dilectus Filius Adolphus a S. Georgio Praepositus Generalis Congregationis Clericorum Regularium Scholarum Piarum nuncupat. quod hujus Congregationis institutor...

A Congregatione praedictae instituta...

abfolventes, & abfolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, praesertim particulam ex Constitutionibus memoratae Congregationis Scholarum Piarum exceptam...

Confirmatur relatum statutum Institutoris Congregationis...

§.2. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas validas, & efficaces existere, & fore, suisque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari: sicut in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Casarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his, a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Claufula.

§.4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit, dictae Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumis

§.5. Volumus autem, ut earumdem literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prout fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majori sub Annulo Piscatoris die III. Octobris MDCCXXVII. Pontificatus Nostri Anno IV.

CCVIII.

Confirmatur Alternativa Officiorum Provinciae Bethicae Eremitarum S. Augustini Discalceatorum inter Fratres dictae Provinciae, & eos della Manca.

Dat. 3. Oct. 1727. Ann. 4.

De alternativa Officiorum in Regnis Lusitaniae, & Algarbia servanda vide Clem. XI. Const. ed. 1716. Oct. 26. Et alia hujus Const. ed. 1727. Sept. 29. P. 4. determinatum fuit tempus vacationis ab officis pro illis qui in dicto ordine per duo triennia aliquod obtinuerunt.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Exponi Nobis nuper fecerunt Dilecti Filii Fratres Provinciae Bethicae, Or-

In Capitulo Provinciali dictae Provinciae Alternativa

Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Discalceatorum nuncupat, quod in Capitulo Provinciali dictae Provinciae die 10. Mensis Maji proxime praeteriti in Collegio Sanctissimi Sacramenti Villa de Almagro Praesidente Dilecto Filio Joanne a Sancta Teresia Lectore Jubilato Tribunali Inquisitionis adversus haereticam pravitatem in Regnis Hispaniarum auctoritate Apostolica institutus, & Vicario Generali Congregationis Hispaniarum, & Indiarum d. Ordinis celebrato assistentibus omnibus Vocalibus, quibus Capitulum praedictum constabat, ipsi Vocales sic legitime congregati praevia matura deliberatione conspersionibus, ac paci, quieti, & tranquillitati Provinciae praedictae consulere cupientes, Alternativam Officiorum inter eosdem Exponentes, & Fratres della Manca, seu Mancia nuncupat. instituendam decreverunt, eamque dicto Capitulo stabiliverunt in hunc modum, tenoris, qui sequitur videlicet.

riva praefata instituta fuit.

Modus Alternativae praedictae.

§.2. Fra Giovan di Giesu Lettore Jubilato, e Secretario della Provincia d' Andalusia dell' Ordine Discalceato di S. Agostino fofede, e certifico qualmente tra gli Decreti, & stabilimenti, che furono fatti nel Capitulo Provinciale prossimo passato, che fu celebrato nel Collegio del Santissimo Sacramento della Villa d' Almagro di detta Provincia, che cominciò alli 10. di Maggio del corrente anno 1726, nel quale fu presente il Molto Reverendo Fra Gio: di S. Teresa Lettore Jubilato qualificatore della Provincia, e Vicario Generale della Congregazione di Spagna, e Indie dell' Ordine Scalzo di S. Agostino, quale confermò tutto quello si stabilì in detto Capitulo vi è un Decreto, e Statuto, che è ad imina settimana fol. 89. del libro di detta Provincia, nel quale si scrivono gli Capitoli, che in essa, si celebrano, & è del tenore seguente: Item per quanto questa nostra Provincia d' Andalusia comprende negli suoi termini tanto la detta parte d' Andalusia, come anche la parte, e Territorio della Manchica, & Mancia, e tra gli Religiosi dell' uno, e l' altro paese per essere differenti nel genio, di che sono nate varie emulazioni, e contrasti, lamentandosi alcuni circa la divisione ineguale delli posti, & Offizj de' Padri, che governavano detta Provincia senza poterli riparare, il zelantissimo, e religioso fervore delli prelati Superiori: pertanto stabilite determinò questo presente Capitulo assistendo a esso tutti gli Vocali, nemine dempto, che si supplerò, e preghi al S. Pont. fice, si degni concedere Bolla d' Alternativa, in questa forma, che si giudica assai conveniente, cioè, che nel Capitulo Provinciale prossimo venturo si scegla, e nomini Priore Provinciale di questa detta Provincia un Religioso, che sia dell' altra parte, di dove sia il Prior Provinciale eletto nel presente Capitulo, di modo, che se nel presente Capitulo sarà eletto in Provinciale un Religioso d' Andalusia, in quest' altro prossimo Capitulo sia della Manchica, & Mancia, quello che si dovrà eleggere in Provinciale, e così vadino alternative in questo Officio gli Religiosi dell' uno, e dell' altro Territorio, e se accadere mancasse qualche triennio il Provinciale eletto, o sia per renuncia, o sia per morte naturale, o civile, sia abligo del venerabile D'finitorio Generale, che a questo tocca provvedere detta mancanza a eleggere in Rettore Provinciale, che concluda il triennio, o un Religioso, che sia del medesimo Territorio, che era quello, che mancò, e in caso di non fare detto D'finitorio Generale la suddetta elezione, in tal caso subentrerà a concludere detto Territorio il Provinciale assoluto più

immediato del medesimo Territorio di dove fu il Provinciale, che mancò, osservandosi in questo proporzionalmente le nostre sacre Leggi, e Constitutioni.

§.3. Che gli quattro D'finitori di detta Provincia, che in tutti gli Capitoli, si elegeranno, cominciando dal futuro Capitulo, debbano essere, e siano due soggetti d' Andalusia, e due della Mancia, e per sostituire detti Offizj, quando vacaranno, secondo stabiliscono le nostre sacre Constitutioni debbano essere, e siano addetti delli due D'finitori d' Andalusia quelli soggetti, che del medesimo Territorio haveranno più voti, & il simile, si debba praticare delli due D'finitori della Mancia, che doveranno, sostituire quelli, che averanno più voti in quelli del suo Territorio, di modo tale che sempre il D'finitorio di questa Provincia costi di due soggetti d' Andalusia, e due della Mancia, al qual effetto, si scriveranno quelli, che tanto dall' una, quanto dall' altra parte averanno più voti. Che gli altri Officiali di questa detta Provincia, cioè Priori, Secretario, e Maestro di Novizj, si debbano dividere, e provvedere in modo, che tanti siano dell' una, quanti dell' altra parte avendo li Prelati a chi secondo le nostre Constitutioni tocca, & appartiene provvedere le vacanze di detti Offizj obligatione di conferirli, e distribuirli alli soggetti naturali di quel Territorio, da dove erano gli Officiali, che mancheranno, accioche così si conservi l' equilibrio, e distribuzione giusta, & eguale di detti Offizj. Che li due D'finitori Generali, e li due Discreti, che si nominano, & eleggono nel Capitulo Provinciale, accioche concorrano a nome della detta Provincia all' elezione del Vicario Generale siano rispettivamente due d' ogni parte, cioè un D'finitore, & un Discreto del Territorio della Mancia, e gli altri due d' Andalusia, procedendosi parimente le vacanze di qualsivoglia di detti quattro nella forma già detta nelle altre vacanze. E accioche non naschino sconcerti, & ambiguità tra gli soggetti, che dovranno essere Officiali, e non restino esclusi, quelli, che non sono nè d' Andalusia, nè della Mancia, come sono li Castigliani, Estremegni &c., si determina siano appartenenti alla Mancia quelli, che son naturali delli Porti de Sierramorena verso Madrid, quelli, che sono naturali delli Porti de Sierramorena guardando verso Siviglia, e Granata.

§.4. Cum autem, sicut eadem Expositio subungebat, Exponentes praedicti, praemissa quo firmiter subsistant Apostolica confirmatione nostrae patrocinio communiter plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, qui relationem dilecti pariter filii moderni Procuratoris Generalis Ordinis praedicti super praemissis eisdem Cardinalibus factam, viderunt consilio, praesertim Alternativa concordiam, omniaque, & singula in-

Preces Fratrum d. Provinciae.

Confirmatio relate Alternativa.

Constitutio-
ne hujus Ordinis, editam
pro Provincia
tantum Lusitaniae d. Or-
dinis, de non
extorquendis
a Sede Apo-
stolica exem-
tionibus qui-
busdam, ad
universas e-
jusdem Ordinis
Provincias
extendit.

Confirmatur
Decretum
quoddam Co-
gregationis
Episcop. & Reg-
de ordine Ap-
pallationis
servando a
predi. Fratri-
bus.

Et littera A-
postolica Cle-
mentis VIII.
desuper edita

Extenditur
ad omnes Pro-
vincias Con-
stitutio qua-
dam Pauli V.
in favorem
eorundem Fra-
trum in Indiis
Occidentali-
bus edita.

& extensionis praemissorum, necnon de novo a Nobis, ut infra, concedendorum largitionem procedamus: Nos qui nuper per nostras literas in forma Brevis incipientes = *Exponi Nobis nuper fecerunt* = Datas Romae die decimaquarta mensis Junii anni millesimi septingentesimi vigesimi septimi Pontificatus nostri anno primo, omnibus, & singulis Religiosis dicti Ordinis Provinciae Lusitaniae sub certis modo, & forma Apostolica auctoritate praecipimus, ne ipsi apud Sedem Apostolicam exemptiones Exprovincialis, Praefatorum, Praedicatorum, vel Exassistentium Generalium quovis modo petere, procurare, obtinere praesumant, minusque eis dispensationes super tempore Lecturae pro dicti eorum Ordinis gradibus obtinendis sub privationis utriusque vocis poena tam a procurantibus gratias ipsas, quam testimonium ad illas petendas concedantur literas nostras hujusmodi, cum omnibus, & singulis poenis in eis contentis ad omnes, & singulas Ordinis praedicti Provincias, & Congregationes dicti Ordinis ubicumque, & in quibuscumque dominiis existentibus. Apostolica auctoritate praedicta tenore praesentium perpetuo extendimus, & ampliamus.

§.11. Insuper attendentes, quod alias, & usque de anno Domini millesimo quingentesimo octogesimo septimo a Congregatione Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Negotiorum, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, & de mandato pia memoriae Sixti Quinti Praedecessoris nostri, emanavit Decretum, quo recursus, sive appellationis ordo a Fratribus dicti Ordinis servandus praescribitur, videlicet a Superiori Locali ad Provinciale, a Provinciali ad Priorem Generalem, a Priore Generali ad Sedem Apostolicam faciendus, prout in dicto Decreto plenius continetur. Nos illud tenore praesentium auctoritate nostra approbantes, necnon literas Clementis VIII. Praedecessoris nostri incipientes = *Nostri pastoralis* = desuper editas cum omnibus, & singulis poenis in ejusdem Clementis Octavi litteris contentis innovantes appellationem praedictam a Superiori Locali ad Priorem Provinciale, a Priore Provinciali ad Priorem Generalem, a Priore Generali ad Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Congregationes, & Tribunalia Urbis interponi praecipimus, & mandamus.

§.12. Quia tamen Paulus Papa Quintus in suis litteris incipientibus = *Expositum Nobis nuper fuit* = die decima sexta Februarii Pontificatus sui Anno Secundo, statuit contra Rectores Parochialium Ecclesiarum in Indiis Occidentalibus ne ipsi ab iis, qui in Ecclesiis, & Domibus Ordinis praedicti sepeliuntur majorem exigant elemosynam quae a Concilio Tridentino praescribitur, & a Pio Quarto Praedecessore nostro explicatur. Nos litteras praedicti Pauli Quinti Praedecessoris ad omnes, & singulas dicti Ordinis Provincias, & Congregationes, eorumque respective Conventus, & Domos cum omnibus & singulis poenis inibi contentis, & expressis, omnibusque, & singulis clausulis, & decretis, ac derogationibus in eis memoratis, perinde ac si ad omnium, & singulorum Provincialium, & Congregationum, Conventuum, & Domuum dicti Ordinis favorem, earumque intuitu prodissent, dicta auctoritate nostra similiter perpetuo extendimus, & ampliamus.

§.13. Cum autem Bonifacius Octavus in suis = *Inter sollicitudines nostras* = Innocentius Quartus in suis = *Religiosam vitam eligentibus* = Sixtus Quartus in suis = *Dum fructus uberes* = incipientibus litteris per Nos tenore praesentium confirmatis, & approbatis, Sepulturam liberam in dicti Ordinis Ecclesiis omnibus, & singulis Christianidelibus, dummodo excommunicati, vel interditi, aut usurarii non sint sepeliri volentibus concesserunt, ac alias etiam ab anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo quarto a Congregatione negotiorum, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita in quaestione materia tunc inter Fratres Conventus Sancti Augustini ejusdem Ordinis Terrae Plebis Albinganensis Dioecesis ex una, & ejusdem Terrae Clerum ex altera partibus vertente dictae Terrae Conventus, & Fratrum eorumdem favore prodit Decretum. Nos libera sepulturae hujusmodi eligentibus concessionem, omnemque, & singulas Praedecessorum nostrorum literas de novo super Decreto, ut praefertur, edito nunc per praesentes respective approbamus pariter ad omnes, & universas dicti Ordinis Provincias, & Congregationes, earumque Conventus, & singulis eorum, & eorum Ecclesiis ejusdem Ordinis, cum hoc tamen, quod Fratres praedicti in Italia, inque Insulis adjacentibus pro tempore existentes Quartam funeralem juxta nostram Constitutionem, quae incipit = *Romanus Pontifex* =, necnon juxta declarationem in altera nostra Constitutione, quae incipit = *Pretiosus in conspectu Domini* = super ea factam Parochialium Ecclesiarum in Italia, ac Insulis praedictis existentium Rectoribus persolvere teneantur, quibus Defunctorum Cadavera in Ecclesiis dicti Ordinis, aut eorum Coemeteris sepelire, Missas celebrare, aliaque Defunctorum hujusmodi Divina Officia, & Exequias persolvere invitatis Fratribus minime liceat dicta Apostolica auctoritate perpetuo extendimus, & ampliamus, omnibusque, & singulis Parochialium Ecclesiarum Rectoribus praecipimus, ne in posterum eligendae sepulturae libertatem hujusmodi, quae semper firma, & illaesa remaneat quoquo modo, aut quocumque jure quavis causa, & praevia ejusmodi conventionis, aut consuetudinis etiam immemorabilis cassatione, & abolitione, directe, vel indirecte impedire ullo modo audeant, neque electa sub quocumque praetextu praedictum aliquod inferre quomodolibet praesumant per easdem praesentes perpetuo inhibemus ac ex nunc inhibendum esse volumus, utque in Defunctorum funeralibus faciendis eorumdem Defunctorum animas, & etiam vivorum praesentium, remota quacumque jurgiorum, & praetensorum emolumentorum occasione animos constituamus in pace, & pax ipsa in debita mentis attentione, animique tranquillitate ascendat ad Dominum. Nos determinationem numeri Regularium Defunctorum cadavera associare debentium spectare volumus ad Parochialium Ecclesiarum Rectores juxta normam Clericorum Secularium quacumque consuetudine etiam immemorabili nequaquam obstante, minusque ab eorum Parochianis in aliis quam in eorumdem Parochianorum Parochialibus Ecclesiis sepulturam sibi eligentibus tam electionis, quam Missarum, vel anniversariorum celebrationis, aut obtentus Cadaveris in Cathedrali,

Confirmatur nonnullae Pontificum Constitutiones, & Decreta Congregationis Episcop. & Regularium quaedam statuuntur circa delationem Cadaverum ad Ecclesias eorumdem Fratrum.

Statuitur quo pacto obedientia sit exhibenda Archiepiscopo, seu Episcopo a Conventibus praepositis, & relictis.

Confirmatur Decretum quoddam Ca

pituli generatis d. Ordinis circa prece-dentiam, & privilegia Lectorem Philo-sophie in dictis Fratribus.

Confirmatur privilegia, gratiae, & Indulgentiae alias Confraternitatis, & Archiconfraternitatis sub dicto Ordine erectis concessis; necnon ampliantur.

vel Parochiali Ecclesia prius exponere, seu transitus per limites Parochiales aiarum Parochialium Ecclesiarum respective ratione, seu alio quocumque etiam colorato titulo majorem elemosynam aliaque graviora emolumenta petere, exigere, & pretendere nullo modo possumus, quam quae a Paulo Quinto Praedecessore in sua Constitutione, quae incipit = *Expositum Nobis nuper fuit* = praescribitur praevia cujusvis praetensa rationis, seu praetensi Juris cassatione, & abolitione, prout per easdem praesentes omnino, penitusque abolemus, cassamus, & irritamus, & si quid pluris exigant uti indebite, ac inique exactum ad illius restitutionem, & ipso facto eos omnino teneri declaramus. Numerum vero Fratrum, ut praefertur, associare debentium ad Fratrum, sive adulti, sive impuberis, seu in quacumque alias, & si in infantili aetate constituti ad heredes, & Infantis parentes, nullo habito respectu ad numerum Clericorum Secularium dumtaxat spectare decernimus, ac Fratres Ordinis praedicti, & haeredes, ac parentes eosdem ad transeundum per Cathedrales, Parochiales, seu alias Parochiales Ecclesias Parochianorum, aut per eas transeuntis, ad exponenda in eis cadavera, vel causa transitus hujusmodi aliquid solvendum, aut ad totum Clerum Seculare, vel illorum determinatum numerum nullatenus cogi posse, neque debere; Parochialium autem Ecclesiarum pro tempore morientium Parochianorum Rectores in posterum is dumtaxat emolumentis, quibus de jure gaudent, fruuntur, & potiuntur, & non aliis gaudere, frui, & potiri debere sancimus.

§.14. Et sicut Nobis innotuit postquam Innocentius Decimus Praedecessor per suam, quae incipit = *Insuperanda* = certis causis adductus Conventus Regularis parvos sub certis modo, & forma tunc expressis Apostolica sua auctoritate suppresserat, & deinde per alteram suam Constitutionem, quae incipit = *De in parvis* = Conventus parvos suppressos hujusmodi, seu illorum aliquos eadem Apostolica auctoritate, etiam sub certis modo, & forma restituerat, nonnulli ex Archiepiscopis, seu Episcopis, in quorum Dioecesi Conventus parvi, sicut praemittitur, restituti existunt, iidem Archiepiscopi, & Episcopi in generalis Cleri sui visitatione Clerum Regularem una cum Clero seculari debitam sibi in sua Cathedrali Ecclesia reverentiam, & obedientiam exhibere a tempore restitutionis hujusmodi usque nunc praetenderint, & praetendant de praesenti, Nos licet Conventus parvi sic suppressi, & restituti, & Fratres in eis pro tempore degentes Archiepiscopis, & Episcopis, eorum correctioni, & visitationi subesse dignoscantur, eos tamen ad Cathedralium Ecclesiam una cum Clero seculari ad exhibendam obedientiam minime accedere, sed illam in suis Conventibus, & Ecclesiis Archiepiscopo, seu Episcopo Conventum, vel ipsius Conventus Ecclesiam visitanti in actu visitationis exhibere volumus, itaut Clerus secularis Archiepiscopo, vel Episcopo Ecclesiam secularem; Clerus vero Regularis Ecclesiam Regularem respective visitanti debitam obedientiam exhibeant.

§.15. Ad haec attendentes, quod alias, & usque de anno Domini millesimo sexcentesimo

octogesimo quinto in Capitulo Generali Fratrum Ordinis Sancti Augustini tunc habito ad promovendum studiorum fervorem, statutum, decretumque fuit, ut Fratres ab ejusdem Ordinis Sancti Augustini Superioribus pro tempore ad legendum Philosophiam in Professoriis Provincialium dicti sui Ordinis delecti precedentia ceteris Fratribus Baccalaureatis, & post lapsum duodecim annorum allicue Lecturae hujusmodi voto in Capitulis Provincialibus gaudere debeant. Nos qui fervori hujusmodi calcari justum honoris adjungere studemus, Decretum, statutumque hujusmodi, & in eo contenta quaecumque praesentibus pro expressis habentes Apostolica auctoritate perpetuo similiter approbamus, & confirmamus, Lectoresque jam in dictos precedentia, votoque hujusmodi gaudere volumus.

§.16. Porro, ut omnes, & singulae per nos ab eodem Ordine Sancti Augustini quomodolibet dependentes hujus sive dependentiae fructum percipiant Clementis Decimi Praedecessoris nostri, qui in praedicta sua Constitutione, quae incipit = *Ex injunctis Nobis* = Omnes, & singulas Indulgentias, praerogativas, facultates a Sixto Quarto, Julio Secundo, Gregorio Decimotertio, Gregorio Decimoquarto, aliisque Romanis Pontificibus, ejusdem Clementis Decimi, & etiam nostris Praedecessoribus Archiconfraternitati Cincturatum, & Cincturatum Sancti Augustini, & Beatae Monice sub Invocatione Beatae Mariae Virginis de Consoatione nuncupate in Ecclesia Sancti Jacobi Civitatis nostrae Bononiensis Canonice instituta, aliisque Confraternitatibus quorumcumque locorum dictae Archiconfraternitatis debite annexis, illiusque, & illarum utriusque sexus respective Confratrum pro tempore existentibus concessa de novo, & Gregorius Decimus tertius Praedecessor similiter omnium Indulgentiarum, omniumque, & singularum gratiarum spiritualium praedicti Ordinis Sancti Augustini concessarum, quae in eodem Ordine pro tempore sunt Archiconfraternitatis, & Confraternitatum earundem Confratrum pro tempore existentibus participationem respective concesserunt. Nos concessionem hujusmodi inherentes, illamque approbantes omnibus, & singulis Fratribus, Monialibus, Mantellatis, sive Pinzocariis ejusdem Ordinis Beati Augustini pro tempore existentibus omnes, & singulas gratias spirituales, & Indulgentias praedictarum Archiconfraternitatis, & Confraternitatum respective Confratrum, ut praefertur concessas, & de eis participes respective participantibus plenarie, & pariformiter Apostolica auctoritate perpetuo concedimus, & elargimur, perinde, ac si a Clemente Decimo, & Gregorio Decimotertio Praedecessoribus respective concessae forent, & Gregorius Decimus tertius de eis tunc eos participes fecisset etiam Indulgentias, remissiones peccatorum, quas visitantes Ecclesiam Beatae Mariae in Portiuncula alias dictam de Angelis extra Muros Assisinatenses quomodolibet consequuntur concessas, ipsis Confratribus vere poenitentibus, & confessis, qui Ordinis Ecclesiam, & Altare Confraternitatis, & Beati Nicolai de Tolentino respective a primis Vesperis usque Vesperas Nativitatis Beatae Mariae Virginis, & Dominicae infra octavam Beati Nicolai de Tolentino, quas Indulgentias respective pariter

RR. PP. Nobis Assistentium, confirmamus, & approbamus, illasque ratas, & firmas esse, & haberi volumus, & mandamus. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Datum in Conventu Noistro S. Patris Augustini de Urbe die 23. Iunii 1727. = Frater Fulgentius Bellelli Generalis: Nostri muneris sigillo = Magister Frater Angelus Guilelmus Rochensis Ordinis Secretarius = Registrat. lib. 2.

§.5. Et in eadem Expositione subjuncto, quod Prior, ac Diffinitorium hujusmodi, Statuta, seu Acta Capitularia predicta, ut exactius serventur, auctoritate quoque dicte Congregationis Cardinalium confirmari plurimum desiderabat. Emanavit ad eorum supplicationem, ab eadem Cardinalium Congregatione Decretum, tenoris, qui sequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium prescripta, attendente relatione hujusmodi Domini Cardinalis Imperialis predicti Ordinis apud Sanctam Sedem Protectoris, Acta Capitularia superius expressa, confirmata, & approbata a Patre Generali, presenti Decreto itidem approbat, atque confirmat. Romae 3. Octobris 1727. = Cardinalis Franciscus Barberinus = P. A. Archiepiscopus Larisse Secretarius.

§.6. Cum autem, sicut dilectus pariter filius Hieronymus Flores frater expressae professus dicti Ordinis, & Procurator praefatae Provinciae Castellae Nobis subinde exponi fecit ipse Decretum hujusmodi, quo firmiter subsistat, Apostolica confirmationis nostrae patrocinio communiri summopere desideret. Nos ipsi Hieronymum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praesentium auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate dicte Congregationis Cardinalium.

§.7. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime fulragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolice Auditorum Judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.8. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciae, & Ordinis predictorum etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirma-

Decretum praefatum eadem acta approbans.

Praesens Procuratoris dictae Provinciae.

Confirmatio relati Decreti

Clausula.

tis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum infertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXII. Decembris MDCCLXXVII. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

CCXI.

Confirmantur Privilegia omnia, Gratiae Apostolicae, & Indulgentiae alias Ordini Eremitarum S. Augustini a Romanis Pontificibus concessae.

Catalogus omnium Constitutionum ordine temporis prout editae fuerunt in favorem dictorum Fratrum initio facta a Gregorio IX. anno 1227., usque ad Inn. XI. anno 1679., hic fuse retexitur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Liberenter ea largiri consueverunt Romani Pontifices, quae pacem, & regularem observantiam in Religiosis Ordinibus augere possunt, quaeque immunitates, & Privilegia eorumdem meritis, & virtutibus ita exigentibus concessa respiciunt, ut hoc pacto Apostolicis gratiis ornati alacrius in assiduo Dei cultu, & fidei Ecclesiae famulatu, Deo dante imposterum perseverent.

§.1. Itaque olim complures Romani Pontifices Praedecessores nostri paterno Apostolice benignitatis instinctu Ordinem Fratrum Eremitarum Sancti Augustini Hipponensis Episcopi, & Ecclesiae Doctoris, illisque Monasteria Ecclesias, Provincias, Domus Regulares, Congregationes, Grangias, Capellas, aliosque Superiores, & Fratres ab eodem Ordine quomodolibet dependentes multiplicibus Privilegiis, Indultis, gratiis, exemptionibus, Immunitatibus, Indulgentiis, aliisque concessionibus per diversas infra scriptas suas literas perpetuo decorantes beneficentiae suae donis cumularunt. Pontifices vero eorumdem literarum auctores hi sunt, quorum seriem hic damus

§.2. Felice record. Gregorius Papa IX. per suas incipientes = Sacrosancta Romana Ecclesia Laterani & c. Sexto Kalendas Decembris Pontificatus sui anno Primo. Innocentius Papa IV. per quasdam incipientes = Quoniam ait Apostolus, ac alias incipientes = Religiosam vitam eligentibus Laterani Sexto Kal. Maji Pontificatus sui anno primo, ac per alias incipientes = Quae ex Apostolica cura. Lugduni tertio decimo Kal. Maji ejusdem Pontificatus sui anno octavo: ac per alias pariter incipientes = Admonet Nos cura. Perusii decimo septimo Kal. Maji Pontificatus sui Anno undecimo. Alexander Papa IV. per quasdam incipientes = Religiosam vitam eligentibus. Anagninae tertio Kal. Augusti, & alias incipientes = Quanto studiosius: Neapoli tertio decimo

Dati 1. Janua. 1727. Ann. 4.

Exordium.

A compluribus Romanis Pontificibus Ordo Eremitarum S. Augustini privilegiis ornatus

Series praed. Pontificum incipiendo a Greg. IX. Innoc. IV.

Alex. IV.

cimo Kalendas Aprilis, ac alias incipientes = Cum ex Apostolica cura. Anagninae septimo Kalendas Julii Pontificatus sui anno primo, aliasque incipientes = Ut eos fortius. Laterani Idibus Aprilis, ac etiam alias incipientes = Vobis assidue, etiam Laterani quinto Kalendas Maji, ac alias incipientes = Calidus amor Patria, etiam Laterani tertio Kalendas Maji Pontificatus sui anno Secundo; aliasque incipientes = Oblata Nobis ex parte vestra petitis = prater Laterani duodecimo Kal. Maji; ac alias incipientes = Meritis vestra Religionis: Viterbii tertio idus Junii Pontificatus sui anno tertio. Item alias incipientes = Inducunt Nos, etiam Viterbii Nonis Julii Pontificatus sui anno quarto, cum aliis incipientibus = Vita pervenit gloria = Anagninae Idus Julii Pontificatus sui anno quinto. Clemens Papa IV. etiam per quasdam incipientes = Devotionis augmento = Perusii Decimo Kal. Julii Pontificatus sui anno primo; aliasque incipientes = Pacis vestrae querentes = Viterbii Quinto Idus Julii, aliasque incipientes = Quasdam literas, etiam Viterbii Idibus Julii Pontificatus sui anno secundo. Honorius Papa IV. etiam per quasdam incipientes = Pro Reverentia Beati Augustini = Romae apud Sanctam Sabinam decimo Kalendas Junii Pontificatus sui anno secundo. Celestinus Papa V. etiam per quasdam incipientes = Cum sollicita consideratione = Neapoli quinto Kal. Decembris, aliasque incipientes = Ex parte dilectorum filiorum item Neapoli Nonis Decembris Pontificatus sui anno primo, Bonifacius Papa VIII. etiam per quasdam incipientes = Sacer Ordo vester = Laterani duodecimo Kal. Februarii Pontificatus sui anno quarto; aliasque incipientes = Inter sollicitudines nostras = etiam Laterani decimo septimo Kalendas Februarii Pontificatus sui anno octavo. Benedictus Papa XI. etiam per quasdam incipientes = Licet ad hoc = Laterani Quarto Idus Februarii Pontificatus sui anno primo. Joannes Papa XXII. etiam per quasdam incipientes = Veneranda Sanctorum Patrum = Avenione quarto decimo Kalendas Augusti Pontificatus sui anno sexto.

§.3. Innocentius Papa VI. etiam per quasdam incipientes = Religionis favor = Avenione sextodecimo Kal. Februarii Pontificatus sui anno primo. Gregorius Papa XI. etiam per quasdam incipientes = Ad Romani Pontificis providentiam = Avenione quinto idus Novembris Pontificatus sui anno tertio. Urbanus Papa VI. etiam per quasdam incipientes = Solet annuere = Perusii tertio Kalendas Maji Pontificatus sui anno secundo. Bonifacius Papa IX. etiam per quasdam incipientes = In sinu Sedis Apostolicae = apud Sanctum Petrum septimo Idus Novembris, ac alias incipientes = Licet bis de cuius munere venit, etiam apud Sanctum Petrum Kalendis Martii aliasque incipientes = Pro singularum fidelium = etiam apud Sanctum Petrum undecimo Kalendas Maji Pontificatus sui anno undecimo. Martinus Papa V. etiam per quasdam incipientes = Sincerae devotionis = Romae apud SS. Apostolos Nonis Novembris Pontificatus sui anno octavo ac alias incipientes = Ad circumspiciam Romani Pontificis = etiam Romae apud Sanctos Apostolos sexto Idus Junii Pontificatus sui anno nono, aliasque incipientes = Romani Pontificis providentia = etiam Romae apud Sanctos Apostolos Nonis Junii Pontificatus sui anno Decimo. Ni-

colaus Papa V. per quasdam incipientes = Dispensatione Divina = apud Sanctum Petrum sexto decimo Kalendas Junii, & alias suas incipientes = Regimini universalis Ecclesiae apud Sanctum Petrum Quinto Kalendas Decembris Pontificatus sui anno quinto. Pius Papa II. etiam per quasdam incipientes = Sacrae Religionis sinceritas = Senis undecimo Kalendas Aprilis Pontificatus sui anno Sexto. Sixtus Papa IV. etiam per quasdam incipientes = Inter praecipuas nostras perhorris curas = apud S. Petrum decimo Kal. Januarii, ac alias incipientes = Ineffabilia Gloriosa Virginis = etiam apud Sanctum Petrum Septimo Idus Septembais, ac alias incipientes = A Sede Apostolica = etiam apud Sanctum Petrum quarto Idus Octobris Pontificatus sui anno secundo; ac alias Mare Magnum nuncupatas incipientes = Dum fructus uberes = etiam apud Sanctum Petrum septimo Idus Februarii Pontificatus sui anno IV. ac alias incipientes = Inter praecipuas nostras perhorris curas = etiam apud Sanctum Petrum sexto Kal. Decembris Pontificatus sui anno septimo, ac alias incipientes = Cum ineffabilibus etiam apud Sanctum Petrum decimo Kal. Julii Pontificatus sui anno octavo. Innocentius Papa VIII. etiam per quasdam in forma Brevis incipientes = Tuis supplicationibus inclinatus = apud Sanctum Petrum die sextadecima Februarii Pontificatus sui anno secundo. Alexander Papa VI. etiam per quasdam incipientes = Ad Sacram Ordinis Fratrum Eremitarum = apud Sanctum Petrum Idibus Octobris Pontificatus sui anno sexto.

§.4. Julius Papa II. etiam per quasdam in forma Brevis incipientes = Nuper Nobis = apud Sanctum Petrum die vigesima quarta Martii Pontificatus sui anno tertio, alias Bulla anrea nuncupata incipientes = Dum fructus uberes = Septimo Kal. Julii Pontificatus sui anno quarto; ac alias in forma Brevis incipientes = Etsi ad benemerendum = apud Sanctum Petrum die decima septima Junii, ac alias pariter in forma Brevis incipientes = Nihil est quod sapinus volumus animo, etiam apud Sanctum Petrum vigesima quarta Septembris Pontificatus sui anno quinto, ac alias pariter in forma Brevis incipientes = Religionem vestram = etiam apud Sanctum Petrum die vigesima Junii Pontificatus sui anno sexto; ac alias pariter in forma Brevis incipientes = Exigit tua in Nos = etiam apud S. Petrum die vigesima prima Julii Pontificatus sui anno octavo; ac alias pariter in forma Brevis incipientes = Prae ceteris curis = etiam apud Sanctum Petrum die decima Maji Pontificatus sui anno Nono. Leo Papa X. etiam per quasdam in forma Brevis incipientes = Prae ceteris curis = apud Sanctum Petrum die decima Maji, ac alias incipientes = In rerum Christianarum curam = etiam apud Sanctum Petrum die decima Junii Pontificatus sui anno primo, ac alias incipientes = Quae sicut accepimus = etiam apud Sanctum Petrum die sexta Januarii, ac alias incipientes = Multa accepimus = Palli Portuensis Diocesis die quinta Februarii, ac alias incipientes = Licet sponte nostra = apud Sanctum Petrum Pontificatus sui anno secundo, ac alias incipientes = Superioribus diebus = etiam apud Sanctum Petrum die decima quarta Maji, aliasque incipientes = Datum postquam etiam = apud Sanctum Petrum Pontificatus sui anno quinto. Clemens Papa VII. etiam per quasdam suas in forma Brevis incipien-

Nicolaus V.

Pius II.

Sixtus IV.

Innoc. VIII.

Alexand. VI.

Julius II.

Leo X.

Clem. VII.

Julius III.

Pius IV.

Gregot. XIII.

Sixtus V.

Clem. VIII.

Paulus V.

ipientes = *Romani Pontificis* = apud Sanctum Petrum die vigesima prima Octobris Pontificatus sui anno septimo. Paulus Papa Tertius etiam per quasdam suas in forma Brevis incipientes = *Religionis sinceritas* = apud Sanctum Petrum Pontificatus sui anno sexto, ac alias incipientes = *Pontificalis auctoritas* = apud Sanctum Marcum die septima Julii Pontificatus sui anno octavo. Julius Papa III. etiam per quasdam suas in forma Brevis incipientes = *Ex debito Pastoralis Officii* = apud Sanctum Petrum die trigesima Januarii Pontificatus sui anno primo, ac alias incipientes = *Cum Nos nuper* = etiam apud Sanctum Petrum die septima Julii Pontificatus sui anno secundo, ac alias incipientes = *Cum nihil Nobis* = etiam apud Sanctum Petrum die vigesima tertia Novembris Pontificatus sui anno quinto. Pius Papa IV. etiam per quasdam suas in simili forma Brevis incipientes = *Cum Nos nuper* = apud Sanctum Petrum die vigesima tertia Julii Pontificatus sui anno primo.

§.5. Gregorius Papa Decimustertius etiam per quasdam in forma Brevis incipientes = *Deum ad uberes* = apud Sanctum Marcum die quinta Septembris, ac alias incipientes = *Cum sicut accepimus* = pariter apud Sanctum Marcum die tertia Septembris Pontificatus sui anno primo, ac alias, ut supra incipientes = *Ab ea ex Paterna charitatis officio* apud Sanctum Petrum die decima quinta Junii Pontificatus sui anno quarto, ac alias, ut supra incipientes = *At augendam dilectorum Filiorum* = pariter apud Sanctum Petrum die decima sexta Decembris Pontificatus sui anno septimo, ac alias incipientes = *Cum sicut accepimus* = pariter apud Sanctum Petrum die decima quinta Decembris, ac alias incipientes = *Volentes, sicut conveniens esse videtur* = pariter apud Sanctum Petrum die duodecima Novembris Pontificatus sui anno octavo, ac alias suas incipientes = *Dominicus Gregorius* = apud Sanctum Marcum die vigesima quinta Junii Pontificatus sui anno duodecimo. Sixtus Papa V. per quasdam suas in forma Brevis incipientes = *Exigit incumbens Nobis* = apud Sanctum Petrum die decima quarta Maji Pontificatus sui anno tertio. Clemens Papa Octavus etiam per quasdam suas etiam in forma Brevis incipiens = *Quia Nobis* = apud Sanctum Petrum die sextadecima Februarii Pontificatus sui anno quarto; aliasque incipientes = *Venerabilis Ecclesie* = pariter apud Sanctum Petrum die vigesima octava Februarii Pontificatus sui anno quinto.

Paulus Papa V. etiam per quasdam suas in forma Brevis incipientes = *alias a sol. vec. Clemente Papa VIII.* apud Sanctum Petrum die decima tertia Februarii Pontificatus sui anno primo; ac alias incipientes = *Cum certis Confraternitatis Circulatorum* = apud Sanctum Marcum die secunda Octobris, ac alias simili modo incipientes = *Expositum Nobis nuper fuit* = apud Sanctum Petrum die decima sexta Februarii Pontificatus sui anno secundo, ac alias incipientes = *Almonemur* = apud Sanctum Marcum die quarta Julii Pontificatus sui anno quarto, ac alias simili modo incipientes = *Alias postquam* = apud Sanctum Petrum die vigesima tertia Januarii Pontificatus sui anno quinto; ac alias incipientes = *Splendor paterna gloria* = etiam apud Sanctum Petrum die prima Februarii Pontificatus sui anno sexto; ac alias incipientes = *Nuper a*

Nobis emanarum litera = Apud Sanctam Mariam Majorem die decima quarta Julii; ac alias incipientes = *Provisionis Nostre* = etiam apud Sanctam Mariam Majorem die vigesima septima Novembris Pontificatus sui anno decimo; ac alias incipientes = *Exponi Nobis nuper fecerunt* = pariter apud Sanctam Mariam Majorem die vigesima quinta Januarii Pontificatus sui anno duodecimo.

§.6. Gregorius Papa XV. etiam apud quasdam suas incipientes = *Injuncti Nobis* = apud Sanctum Petrum Tertio nonas Junii Pontificatus sui anno primo. Urbanus Papa Octavus etiam per quasdam suas in forma Brevis incipientes = *Alias sel. rec. Clementem Papam VIII.* = apud Sanctam Mariam Majorem die vigesima tertia Maji ac alias incipientes = *Ex injuncti Nobis* = pariter apud Sanctam Mariam Majorem die vigesima prima Julii Pontificatus sui anno quinto, ac alias incipientes = *Inter ceteras Apostolica servitatis curas* = pariter apud Sanctam Mariam Majorem die decima Maji Pontificatus sui anno sexto; ac alias incipientes = *Exponi Nobis nuper fecit* = apud Sanctum Petrum die vigesima tertia Januarii Pontificatus sui anno decimoquinto. Clemens Papa Nonus per quasdam suas in forma Brevis incipientes = *Cum sicut dilectus* = apud Sanctam Mariam Majorem die vigesima quarta Februarii Pontificatus sui anno primo. Clemens Papa Decimus etiam per quasdam suas in forma Brevis incipientes = *Unigeniti Dei filii* = apud Sanctam Mariam Majorem die decima octava Decembris Pontificatus sui anno secundo, ac alias incipientes = *Ex injuncti Nobis* = pariter apud Sanctam Mariam Majorem die vigesima septima Martii Pontificatus sui anno quinto, ac alias incipientes = *Exponi Nobis nuper fecit* = pariter apud Sanctam Mariam Majorem die nona Maji Pontificatus sui anno sexto. Innocentius Papa XI. per quasdam suas in forma Brevis incipientes = *Exponi Nobis nuper fecit* = apud Sanctum Petrum die decima septima Aprilis Pontificatus sui anno tertio; ac alias suas, ut supra, incipientes = *Exponi Nobis nuper fecit* = pariter apud Sanctum Petrum die quinta Julii Pontificatus sui anno quarto. Nos ipsi per literas in forma Brevis incipientes = *Capiens, ut debuit* = Romae die sexta Maji Pontificatus anno secundo. Huc usque litera Apostolica, prout in singulis singulorum Prædecessorum, & Nostris literis plenius continetur.

§.7. Nos vero ad conservandam in Ordine ipso religiose quietis tranquillitatem presentium tenore præter has literas confirmamus etiam nonnulla Decreta, que ab infrascriptis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Congregationibus prodierunt unum videlicet a Congregatione Sacrorum Rituum diei decimi noni Mensis Decembris anni Domini millesimi sexcentissimi trigesimali primi, per quod decernitur, ut Sanctorum Augustini, & Nicolai de Tolentino, aliorumque Beatorum ejusdem Ordinis imagines a Fratibus Ordinis prædicti Excalceatorum hujusmodi depictas, aut impressas iidem Fratres Excalceati aboleant, iisque injungitur sub penis arbitrio Congregationis ne talia asserere amplius audeant. Alterum sub die decima tertia Aprilis anni ejusdem Domini millesimi sexcentissimi vigesimali octavi, per quod a decisio recedendum non esse statutum est. A Congregatione

Greg. XV.

Urbanus VIII.

Clem. IX.

Clem. X.

Innoc. XI.

hic ipse Pontifex.

Ad pacem in Ordine prædicto conservandam emanante Decretum S. R. E. Cardinalium Congregationis Sacrorum Rituum super modo, & forma exequendi defunctorum funeralia in eorundem Fratrum Ecclesiæ.

Decreta Congregationis

Decretum aliud ejusdem, quod vicarius Excalceatorum nomine eorundem nominare audeat.

Decreta alia de revocandis ad claustra Religiosis extra suos Conventus vagantibus.

Decreta nonnulla Congregationis Episcoporum & Regularium de Benedictionibus quibusdam a Superioribus duobus peragendis.

Confirmatio Decreti Capituli Generalis.

Decretum aliud Congregationis Rituum super modo, & forma exequendi defunctorum funeralia in eorundem Fratrum Ecclesiæ.

tionem vero Sacrorum Rituum aliud Decretum vulgatum die vigesima Junii anni Domini millesimi sexcentissimi vigesimali octavi, per quod sancitur Vicarium Generalem Fratrum prædicti Ordinis Excalceatorum, qui antea se Generalem prædicti Ordinis nuncupare consueverat; se, juxta alterum Decretum prædictæ Congregationis Visitationis hujusmodi sub die vigesima tertia mensis Maji anni prædicti Domini millesimi sexcentissimi vigesimali nono Generalem prædicti Ordinis Excalceatorum, sed tantum Vicarium Generalem Fratrum prædictæ Congregationis Excalceatorum denominari, seu denominari facere debere, & non alias sibi licuisse, & licere. Ac reliqua Decreta sub die vigesima prima Martii anni millesimi sexcentissimi quadragesimali secundi, per quod tunc, & pro tempore existentis Priori Generali prædicti Ordinis injungitur, ut omnes, & singulos suos Religiosos cujuscumque status, gradus, conditionis existant, ac tunc, & imposterum propria auctoritate ex diversis pretextibus ad Urbem accedentes, & extra suos Conventus vagantes ad sua Claustra sub certis modis, certisque penis a Constitutionibus Apostolicis, ac Concilii Tridentini Decretis, dictique Ordinis legibus, & statutis, aliisque penis in tertio Congregationis Visitationis Decreto respectu illicitis ab Urbe infra breve tempus pro suo arbitrio discedere cogat sub pena etiam suspensionis a divinis ipso facto ab iisdem, & transgressoribus incurrenda, ut alio pergere debeant, & teneantur, que quidem omnia ad providam, debitamque regularis disciplinam observantiam necessaria, & opportuna esse noscuntur. In tertio vero Decreto Congregationis Visitationis decernitur, ut memorata Decreta libere, & licite executioni mandari possint, & valeant.

§.8. His accedit aliud Decretum a Congregatione negociis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositum confectum die trigesima Septembris anni Domini millesimi sexcentissimi vigesimali secundi, ut benedictio Corrigæ Beate Monicæ, ac panniculæ Beati Nicolai de Tolentino a Superioribus prædicti Ordinis tantum fieri debeat. Præterea ejusdem Congregationis Episcoporum, & Regularium Decretum anni millesimi sexcentissimi quadragesimali noni diei tertii decimi Octobris, quo declaratur nomine sexenni Officii Fratrum Assistentium intelligi debere spatium ab uno ad aliud Capitulum Generale. Item aliud ejusdem Congregationis Decretum diei decimi sexti Augusti anni millesimi septingentesimi decimiquinti, quo confirmatur Decretum Capituli Generalis Romæ celebrati anno millesimo sexcentesimo octogesimo quinto concedens præcedentiam, & votum in Capitalibus Provincialibus, qui laudabiliter novennio non interrupto officium Novitiorum exercuerint. Ac demum aliud a Congregatione Sacrorum Rituum sub vigesima sexta Januarii anni millesimi sexcentissimi quadragesimali primi editum fervente quæstione inter Clerum Oppidi Montis Cassari Firmæ Diocesis ex una, & Fratres Conventus prædicti Ordinis ejusdem Terræ ex altera partibus super modo, & forma exequendi defunctorum funeralia in eorundem Fratrum Ecclesiæ decernitur, ut Officium super Cadaveribus in Ecclesiis Regularium per ipsos Regulares peragi debeat, & ita in casu proposito servari, non ob-

stante contraria consuetudine, & alias prout in singulis Congregationum Decretis plenius continetur.

§.9. Cum autem ea firmiter subsistere, ac majorem vim, & robur obtinere, & exactius observari dignoscantur, quæ sæpius fuerint Apostolicæ confirmationis, & approbationis auctoritate munita, proptereaque moxiori Prior, & Procurator Generales prædicti Ordinis dilecti Filii Nobis humiliter supplicari fecerint, ut eorum honesto desiderio annuere, inque præmissis, & infrascriptis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur: Nos qui Regularium Ordines, & quorum Religiosa vita Mater Ecclesiæ uberes Sanctarum virtutum percipit fructus, summa prosequimur benevolentia, eorumque nominis gloriam in suo robore per nostræ approbationis, & confirmationis opem ad eorundem Ordinum decus subsistere optamus, eorum indemnitati consulere satagentes literarum omnium singulorum Prædecessorum nostrorum, & eorum cujuslibet, necnon omnium, & singulorum Decretorum a Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus in jam dictis Congregationibus editorum, & causas, propter quas ille, & illa prodierunt presentibus cum totis suis tenoribus pro expressis habentes, ac Priori, & Procuratori Generalibus prædictis specialem gratiam facere volentes, eosque, & eorum quemlibet a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, & penis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium tantum consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, omnes, & singulos omnium, & singulorum Prædecessorum prædictorum respectu literas memoratas, omniaque, & singula privilegia, Indulta, facultates, exemptiones, immunitates, & cujusvis generis, Indulgentias, declarationes, aliaque respectu in eis sub quacumque verborum expressione contenta, & respectu per eas dicto Ordini, illiusque Monasteriis, Conventibus, Ecclesiis, Capellis, Capellanis, Prætoribus, Grangiis, aliisque locis Regularibus ab Ordine ipso quomodolibet dependentibus, necnon illius Fratribus, Prioribus, Superioribus, Ministris, Monialibus, Confraternitatibus, Pinzoacariis, aliisque Personis similiter ab eo dependentibus quomodolibet concessa, etiam eorundem Fratrum Monialium, Confraternitatum, aliarumque personarum bonum regimen, & in eisdem personis ab eo dependentes concurrentia, & ab eisdem Prædecessoribus ex quacumque causa quomodolibet respectu disposita, dummodo Concilii Tridentini decretis, aliisque Constitutionibus Apostolicis subsequenter editis non adversentur: Necnon omnia, & singula eorundem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Congregationum respectu Decreta ab eisdem Congregationibus, ut præfertur, respectu edita Apostolica auctoritate tenore presentium perpetua, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, & eorundem presentium patrocinio communitimus, omnesque, & singulos tam Juris, quam facti defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem supplementum.

§.10. Utque per eorundem Prædecessorum Apostolicæ benignitatis erga eundem Ordinem vestigia ad nostræ ampliationis, declarationis, & ex-

Preces Prioris, & Procuratoris Generalis.

Confirmatio Literarum Apostolicarum prædictarum, quæ in illis complectebantur.

Confirmatio Decretorum a regularium.

ea contenta, auctoritate Apostolica, tenore presentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenierint supplemus, salva tamen semper in premissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Clausula.

§.5. Decernentes easdem presentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in premissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus premissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Provinciae, & Ordinis praedictorum, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum permansuris, ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die III. Octobris MDCCXXVII. Pontificatus Nostri Anno IV.

CCIX.

Dat. 14. Oct. 1727. Ann. 4.

Confirmatur Decretum Congregationis super disciplina regulari, qua decernitur, ut oppositores vitae communis Fratrum Ordinis Beatae Mariae de Monte Carmelo strictae observantiae Provinciae S. Alberti in Sicilia, omnino acquiescerent.

Alia hujus Const. ed. 1724. Jul. 27. P. 1. instituta fuit reformatio dictae Provinciae S. Alberti.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Facti expositio.

§.1. Nuper pro parte Dilecti Filii Petri a Jesu, & Maria Procuratoris Fratrum Ordinis Beatae Mariae de Monte Carmelo strictae observantiae Provinciae Sancti Alberti in Sicilia Nobis exposito, quod cum in dicta Provincia perfecta regularis observantia eorum Regularum mitigata, & vita communis cum pluribus Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. Romanae Ecclesiae Curiae Praetorium super disciplina Regulari deputata, decretis litteris Apostolicis, & oraculo nostro stabilita fuisset, post multas contradictiones nonnullorum ejusdem Provinciae Religiosorum illis diffusis, ac examinatis, & tandem uti insub-

stantibus ab eadem Congregatione rejectis, iidem Religiosi oppositores a tardanda operis tam sancti pace minime cessaverat; ideoque dictus Petrus Procurator intellexerat, quod illi ab eorum instantibus a praedicta Congregatione declinantes mentem Nostram molestia afficerent, id ipsum Exponentes, quod per sex annorum cursum matura consideratione a praedicta Congregatione examinatum, & in ea ab illis iteratum, & subinde pro insubstanti, & pro pura amulationis opera recognitum fuerat, ac proinde Nobis supplicato, ut perpetuum silentium a Nobis super hujusmodi oppositionibus tam Dei gloriae, ac paci, & quieti Provinciae praedictae ejusque Religiosorum praedictis imponeretur. Nos supplicem libellum Nobis super premissis porrectum ad eandem Congregationem remisimus, quae quidem Congregatio edidit suum Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

§.2. Sacra Congregatio super disciplina Regulari, attentis narratis, & auditis Archiepiscopo Messanen. Episcopo Syracusano, & Vicario Capitulari Catanensi, referente Eminentissimo Spinola, decrevit, quod partes omnino acquiescant. Roma 18. Julii 1727. Joseph Renatus Cardinalis Imperialis Praefectus - P. Episcopus Euseb. Secretarius.

§.3. Cum autem, sicut dictus Petrus Procurator Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione Apostolicae Confirmationis nostrae patrocinio communitur summopere desideret. Nos ipsum Petrum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praesertim auctoritate Apostolica, tenore presentium confirmamus & approbamus illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus.

§.4. Decernentes easdem presentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari: Sicque in premissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus premissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit praedictorum Ordinis, & Provinciae, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum permansuris, ad premissorum effectum, hac vice dum-

Decretum praedictum.

Proces Procuratoris dicti Fratrum.

Confirmatio relati Decreti.

Clausula.

dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XV Decembris MDCCXXII. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

CCX.

Dat. 22. Oct. 1727. Ann. 4.

Confirmatur Decretum Episcoporum, & Regularium approbans acta quaedam Capitularia Eremitarum S. Augustini Provinciae Castellae.

De Confirmatione cujusdam Decreti Capitali Generalis d. Ordinis super numero 36. Magistrorum Provinciae Aragoniae vide aliam hujus ed. 1727. Jun. 27. P. 4. & de confirmatione omnium privilegiorum dicti Ord. vide sequentem Const.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Facti expositio.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Prioris Provincialis, & Diffinitorii Provinciae Castellae Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposito exposito, quod in novissimo eorum Capitulo Provinciali die 4. Maji currentis anni in Conventu Matricensi dictae Provinciae celebrato, multa Statuta, seu acta Capitularia pro regulari disciplina observantia condita fuerant, inter quae dilectus etiam filius Fulgentius Bellelli Prior Generalis ejusdem Ordinis de Assistentium suorum consilio confirmaverat, & approbaverat sequentia videlicet:

Acta Capitularia praedicta de Procuratore hujus Provinciae Romae habendo.

§.1. Propositum fuit in Diffinitorio an expediret Romae habere Procuratorem hujus Provinciae pro Causa Venerabilis Croco, & pro eo, quod huic Provinciae occurrere valeat in Romana Curia - Determinatum fuit, quod ibi habeatur Religiosus hujus Provinciae quem admodum ab aliis Religionibus praedictatur in similibus Causis, & ne pecunia destinata pro Causa Venerabilis patiantur notabilem diminutionem, data fuit admodum Reverendo Patri Provinciali facultas arbitranda media sua-viora Provinciae, quin gravetur Conventus novis pecuniarum exactionibus. Diffinitorium dedit facultatem nostro admodum Reverendo Patri Provinciali, ad hoc, ut casu, quo noster Procurator Romanae Curiae absit ab ea possit alium nominare, qui sit filius hujus dictae Provinciae. Diffinitorium commendat admodum Reverendo Patri Provinciali, ut curet, & faciat observari acta 31. & 32. (quae in suo compendio sunt 29. & 30.) anno 1718., conformiter Decreto, quod Illustrissimus Dominus Aldorandi, dum esset in his Regnis Hispaniarum, Nunciatus Sanctitatis Suae publicari mandavit, & publicatum fuit die 13. Septembris 1717. in quo ordinatur, quod nullus Religiosus exeat a Domo solus, & declaratur, in hoc ordine universali (excepto Procuratore Generali) non solum includi Conventuales, & Collegiales nostrarum Communitatum Sancti Philippi, & Conventus Matritensis, in quibus Pater Rector assignabit Patri Administratori socium sibi benevisum, prout etiam Prior Sancti Philippi Officialibus suis; verum etiam omnes externos hujus

De executione mandatis de rebus quibusdam.

Provinciae, & aliarum in Curia existentes, qui debent incedere cum Sociis Religiosis, non ita tamen cum Donatis, qui incipiunt introduci, & nunquam fuerunt in usu in hac Provincia ad faciendum, quapropter Diffinitorium decrevit, quod non permittantur Donati, nisi ii, quos Provincia habuerit pro ejus servitio, qui nullum Religiosum extra Domum associet.

§.2. Pariter mandat Diffinitorium, quod nullus Religiosus hujus Provinciae, neque extraneus (excepto Patre Procuratore Generali) exeat a Domo cum Cappa sine manicis longis, vel protensis, cum clamyde, vel Pallio, & galetto neque Missam celebret extra conventum, neque refideat, multoque minus pernoster extraneus. Et quoniam ex admissione Exterorum, ignoratis diligentis, ratione quarum veniunt, & ex ignorantia status illarum sequuntur nonnulla inconvenientia, Diffinitorium ideo mandat Patri Priori pro tempore existenti Regii Conventus Sancti Philippi, quod juxta praxim Romanae Curiae expressam in nostris Sacris Constitutionibus 3. parte Cap. 6. n. 2., & 4. cum assensu Patris Procuratoris Generalis Provinciae examinent motivum, propter quod Religiosus venit ad Curiam, ut praedictus Pater Procurator Generalis notum faciat illud nostro Admodum Reverendo Patri Magistro Provinciali, & cum ejus approbatione permittatur illi residere Matrili, & terminatis diligentis compellatur reverti in suam Provinciam, vel Conventum, & Patribus Priori, & Rectori Collegii, qui permiserit contraventionem hujus, seu praecedentis Acti, quae tantum ad Religiosam observantiam, & bonum exemplum imponitur poenae privationis Officii, quam Pater Provincialis statim mandet executioni, absque ulla dispensatione.

De vestibus gestandis Religiosis, quum domo exeant.

De exteris examinandis cur ad Curiam accedant.

Proces Capituli ad Reverendiss. Procuratorem Generalem pro relocatorum actuum approbatione.

§.3. Hac sunt Reverendissime Patris Capituli nostri electiones, & acta, pro quorum approbatione, & confirmatione ad pedes Paternitatis vestrae submissi provolvimus humillime obsecrantes, ut iidem favoribus, ac paterni amoris affectibus, quibus semper Nos prosequimur, Deus optimus maximus Paternitatem vestram Reverendissimo Eremitico Ordini diu servet incolumem. Datum in hoc Conventu Sancti Patris nostri Augustini Matricensi die 7. Maji anno Domini 1727.

- Frater Franciscus de Legano Praesidens.
Frater Petrus Portocarrero Exalliensis Generalis.
Frater Mathias Teran Diffinitor.
Frater Petrus Manso Provincialis absolutus
Frater Barnabas Barcina Diffinitor.
Frater Joannes Taxardo Diffinitor.
Frater Joannes Can Visitator.
Frater Franciscus de Aviles Provincialis.
Frater Julianus Orense Diffinitor.
Frater Franciscus de Rio Visitator.
Fratri Fulgentio Bellelli Buccinensi Sacrae Theologiae Magistro totius Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Priori Generali.

§.4. Inspectis retroscriptis Actis Capituli Provincialis hoc anno 1727. in nostra Castellae Provincia celebrati, omnes, & singulas actiones, electiones, ac determinationes in actis ipsis insertis, & descriptas, harum serie, nostrique muneris auctoritate, necnon de consilio admodum RR.

Approbatio Procuratoris Generalis.

approbamus, ac denuo concedimus, & quemadmodum idem Clemens Decimus, alique summi Pontifices plenariam omnium peccatorum Indulgentiam utriusque sexus Confratribus cincturatis singulis annis in die Dominica infra Octavam Festi Sancti Augustini fieri solite inter essentibus, vel Capellam, seu Altare Beatae Mariae Virginis de Consolatione nuncupate visitantibus concessit. Nos Indulgentiam hujusmodi ad totam dicti festi Octavam Cincturatis ipsi Cappellam, seu Altare hujusmodi pie visitantibus, ut praefertur, concessam per praesentes extendimus, & ampliamus.

§.17. Insuper Fratribus dicti Ordinis Sancti Augustini nunc, & pro tempore existentibus concedimus, ut in posterum eandem, aliasque Processiones per eos fieri solitas absque interuentu Rectoris Parochialis Ecclesiae, de licentia tamen Ordinarii loci cum Cruce erecta Stollam gestantes, via per eodem Fratres eligenda, nisi alias ex antiqua consuetudine constet, has processiones in aliquibus locis factas fuisse sine ulla licentia Episcopi, secundum Decreta hujus Apostolicae Sedis, unum videlicet diei sexti Junii millesimi septingentesimi octavi, aliud diei vigesimi septimi Aprilis millesimi septingentesimi, ac aliud diei undecimi Maji millesimi sexcentissimi nonagesimi septimi a Sacrorum Rituum Congregatione die vigesima quinta Novembris millesimi sexcentissimi nonagesimi noni, quae per praesentes similiter approbamus, & confirmamus, perpetuo agere libere, & licite possint.

§.18. Quamquam vero in Concilio Romano a Nobis anno Domini millesimo septingentesimo vigesimo quinto celebrato, inque eisdem Concilio Titulo quinto Capitulo secundo inter alia Regulares vigore suorum Privilegiorum tuto, & absque novo Indulto Apostolico extra tempora, a jure statuta etiam post Decreta Concilii Tridentini hac de re edita Sacris Ordinibus initiari posse decernatur; nihilominus, quia nonnullis etiam Episcopis ejusdem Concilii Romani Decretum hujusmodi in dubium revocari praetenditur, aut praetendi potest. Nos eandem tenore praesentium Fratres dicti Ordinis Sancti Augustini Concilii Romani Decreto, ac privilegio praedictis libere, & licite frui, atque potiri posse, & debere, dicta Apostolica auctoritate declaramus, ac etiam decernimus, & quatenus opus sit super quacumque contraria dispositione opportune dispensamus, ac de novo privilegium hujusmodi eis juxta declarationem a Pio Quinto Praedecessore in ejus Constitutione; *Etsi Mendicantium* declarata, concedimus.

§.19. Et quoniam pia memoriae Clemens Papa Decimus Antecessor noster per literas in forma Brevis incipientes: *Exponi nuper fecit* interdicti Vicariis Generalibus tam actuali quam absolutis Congregationis Lombardiae, ne a suis subditis titulum Reverendissimi recipiant, ac stemmata sua gentilitia pileum insignire valeant hoc quoque Nos intelligi volumus de Vicariis Generalibus actuali, & absolutis Congregationis Excalceatorum Sancti Augustini.

§.20. Demum, praevia approbatione, & confirmatione Decreti de mandato nostro editi super Altaribus privilegiatis concessis in Ecclesiis Ordin'is dictorum Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, & Monialium ejusdem Ordinis

Conceditur Fratribus sepe dicti Ordinis ampla facultas circa Processiones praegendas.

Conceditur eidem tuto posse uti privilegio initian di sacris Ordinibus extra tempora.

Declaratur Constitutio nem quamdam Clem X super Vicariis Generales Congregationis Lombardiae de Ordinis interdictum effecti de Vicariis Generalibus quoque Congregationis Excalceatorum. Denuo conceditur, & confirmatur Indulgentia omnibus aliis con-

a Sacrorum Rituum Congregatione die vigesima tertia Septembris millesimi septingentesimi vigesimi sexti, & quod incipit = *Sacchismus Dominus Noster* = omnia, & singula Privilegia, Indulta, gratias, exemptiones, immunitates, Indulgentias, peccatorum remissiones hactenus concessa, iterum concedimus, & confirmamus.

§.21. Praesentes autem Literas nostras nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu mentis nostrae defectu, etiam ex eo, quod omnes, & singuli ad praemissa omnia, & singula rem habentes, seu habere praetendentes ad eadem praemissa vocati non fuerint, notari, impugnari, invalidari, ad Jus, vel controversiam vocari nullatenus posse, neque debere, minusque sub quibusvis gratiarum quarumcumque revocationibus, suspensionibus, annullationibus, limitationibus, derogationibus, & aliis contrariis quibuscumque dispositionibus a Sede praedicta etiam in favorem quorumvis, & ad quorumcumque Regum, Reginarum, Ducum, & Rerum publicarum instantiam, etiam motu proprio, & consistorialiter quomolibet, & ex quacumque etiam pia, & privilegiata causa, & bonum publicum respiciente quomolibet emanatis, & emanandis nullatenus comprehendi posse, aut debere; Sed easdem praesentes Fratribus praedicti Ordinis Eremitarum Sancti Augustini semper, & inviolabiliter suffragari, & prodesse debere: Sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictaque Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet pariter judicandi, diffiniendi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, & quidquid fecerit super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, attentatumque, irritum, & inane decernimus.

§.22. Quocirca dilectis etiam filiis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, nunc, & pro tempore existenti Protectori, ac Causarum Curiae Camerae Apostolicae Auditori Generali per Apostolicam scripta mandamus, quatenus ipsi, aut unus eorum, per se, vel per alium, sive alios praesentes literas, & in eis contenta quacumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties super hoc pro parte Prioris, vel Procuratoris Generalis, ac Fratrum praedicti Ordinis Eremitarum nunc, & pro tempore existentium, aut aliquis eorum requisiti fuerint, solemniter publicantes, eisque & eorum cuilibet in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra Apostolica firmiter observari, eosque, & quemlibet eorum illis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos, aut eorum quempiam per quoscumque contra earundem Literarum praesentium tenorem desuper quomolibet indeliberate molestari. Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & poenas Ecclesiasticas, ac alia opportuna Juris remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis servatis Processibus censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis.

Clausula.

Deputatis Exequutorum.

§.23. Non

Derogatoria peculiaris.

§.23. Non obstantibus nostris, & Cancellariae Apostolicae Regulis de gratis non concedendis ad instar, ac de jure quaesito non tollendo, necnon praedicti Bonifacii VIII. Praedecessoris nostri, qua cavetur, ne quis extra suam Civitatem, vel Dioecesim, nisi in certis exceptis Casibus, & in illis ultra unam diem a fine suae Dioecesis ad iudicium evocetur, seu ne Judices a Sede praedicta deputati contra quoscumque procedere, seu alii, vel alius suas vices committere praesumant, ac in Generali Lateranensi edita de duabus dietis dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad iudicium non trahatur, & quibusvis Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis, vel alias Apostolicis specialibus, vel Generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon primodicti Eremitarum Beati Augustini, aliorumque Ordinum Regularium, Congregationum, & Societatum praedictorum quorumcumque, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus, ac etiam immemorabilibus consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis quibusvis personis etiam speciali nota dignis, & locis in genere, vel in specie sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliique efficacioribus, & insolitis clausulis, etiam vim, & pactum contractus habentibus, necnon irritantibus, & aliis Decretis, ac etiam motu simili etiam consistorialiter, ac alias quomodolibet etiam ad praedictam Imperatoris, Regum, Reginarum, & aliorum quorumcumque Principum, Ducum, & Rerum publicarum instantiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica individua, & expressa, ad de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, praesentibus pro sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permanentibus, Inviolabilibus, & plenissimis, ac specialiter, & expresse harum serie hac vice dumtaxat motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus derogamus. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem.

§.24. Volumus autem, ut earundem praesentium Literarum transumptis, manu Prioris, vel Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum Beati Augustini, seu Notarii publici subscriptis, & sigillo Officii ejusdem Prioris, vel Procuratoris Generalium ipsius Ordinis, vel alterius Personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostense.

§.25. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, approbationis, confirmationis, extensionis, innovationis, concessionis, Indulti, Impositionis, Decreti,

declarationis, commissionis, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae Millesimo Septingentesimo vigesimo octavo Kalendis Januarii Pontificatus nostri Anno Quarto.

CCXII.

Indicatur Jubilaeum pro Christianis fidelibus Almae Urbis, Italiae, & Insularum adjacentium, divinam opem implorantibus pro existentibus necessitatibus.

Dat. 2. Jan. 1724. Ann. 4.

Ab hoc Pontifice indictum fuit Jubilaeum Anni Sancti 1725. Const. ed. 1724. Jun. 26. P. 1. Et Clem. XII. Const. ed. 1730. Sept. 9. P. 1. indicitur Jubilaeum universale pro initio sui Pontificatus.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Universis Christianis fidelibus praesentes Literas inspecturis salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cum iustus, ac misericors Dominus assiduis hominum flagitiis lacessitus, iracundia, ac ultionis suae flagella per nuperos terrae motus, quibus plurima Status Nostri Ecclesiastici Loca, Civitates, Terrae, & Oppida graviter concussa fuerunt, atque Aquarum inundationes, tempestates, ac spiritus procellarum, & etiamnum per continuas pluvias, quae Agrorum vastitatem, aliaque publica detrimenta minantur, non obscure ostenderit; Nos Domini cregis cura Nostra caelitus crediti calamitatis, ac terroribus tenerimo paternae charitatis affectu compatientes, manus Nostras ad Deum totius consolationis extollimus, ab illoque in amaritudine Animae Nostrae deprecamur, ne effundat super populum suum indignationem furori sui, sed superexaltet misericordiam iudicium, & qui longamini patientia homines ad penitentiam vocat, det eis benignus salutarium lacrymarum fontem, quo peccata sua multa, & gravia abluant eique reconciliati per viam mandatorum suorum ambulent. Hoc igitur acceptabili ineuntis anni tempore, expurgantes vetus fermentum, novumque induentes hominem, unanimes adeamus cum fiducia ad Thronum Gratiae, ac obsecrationibus, jejuniis, & elemosynis, aliisque piis operibus Divinam iram adversus Nos concitatum placare studeamus, suppliciterque a Deo petamus, ut flagella, quibus Nos corripit, ac deterret ad emendationem, clementer a Nobis avertat, & qui castigat Nos propter scelera nostra, ipse salvet Nos per misericordiam suam.

§.1. Haec autem, ut ferventiori spiritus ardore, uberius fructu peragantur, ex prisco Romanae Ecclesiae omnium Marris, & Magistrae more, caelestium munerum thesauros, quorum dispensationem fidei Nostrae commisit Divina dignatio aperire, & larga manu erogare decrevimus itaque de Omnipotentis Dei misericordia, ac

Exordium a publicis calamitatibus ducendum.

Bea.